



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 6. De Gæsatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

Fl. Montone ad Aesim Fiumesino : separabant itaque Senones ab Occidente Utens Fl. à Lingonibus, ab Oriente Aesis Fl. à Piceno; à Septentrione mari supero eluebantur; à Meridie primis montibus, & oræ maritimæ propinquioribus; nam Sarsinam & Vrbinum dicuntur Umbri retinuisse.

## N V M. 6. De Gesatis.

STRABO lib. 5. Geogr. suæ, ait Gæsatas vñà cum Senonibus Romam cepisse, immo & Galliæ Cispadanæ partem incoluisse; quod vñus inter veteres Geographos afferuit. Nam discimus ex Polybio lib. 2. Gallos Cisalpinos sollicitasse Transalpinos qui inter Rhodanum accolabant Gesatas; è rc dictos, quòd æra bellando merere solerent  $\Delta\varphi\tau\delta\mu\vartheta\vartheta\varphi\pi\tau\epsilon\nu\Gamma\alpha\sigma\delta\tau\alpha\varphi\pi\sigma\pi\varphi\pi\mu\epsilon\pi\gamma\pi$ . Vnde Orosius lib. 4. cap. 13. negat Gæsatarum nomen esse Gentis, sed Merceniorum Gallorum ait esse. Strabo autem duas expeditiones Gallorum confudit, primam qua vrbs incensa est, alteram quæ contigit anno vrbis c. 528. vt bene Cluverius probat.

## § 2. Geographica descriptio populorum Galliæ Cispadanæ.

N V M. 1. Ligures, le Marquisat de Saluces, partie du Piedmont, la pluspart du Montferrat, toute la côte de Gennes, la Seigneurie de Mourges, partie du Comté de Nice, & la partie du Duché de Milan qui est au deçà du Pau.

Ligures olim diuisi sunt in Capillatos & Montanos. Capillati, loca maritima incoluerunt, vt testantur Plinius, & Dio; Montani ad Apenninum, & ad Alpes.

## Ligures Capillati.

V E-	NICÆA Massiliensium: <i>Nice en Prouence</i> ; ad cuius dis-
	crimen Asiatica dicitur Nicée, aliter <i>Nice en Bithynie</i> : sic dicta est à Massiliensium victoriâ de Liguribus.
D I-	Herculis Monœci portus, hodie <i>Monaco</i> aliter <i>Mourges</i> , malè <i>Villa-Franca</i> . Hinc Mancinus in Numantinos proficiscens audiit, <i>Mancine mane</i> .

Parall. Geogr. Tom. II.

B B b b